

II i  
176



F.K. 124, 4.

D. O. M. A.  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO,  
DOMINO  
JOHANNI GEORGIO  
IV.

DEI GRATIA DUCI  
SAXONIAE JULIACI CLIVÆ AC MONTIUM  
UT ET ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ S. RO-  
MANI IMPERII PRÆFECTO PRÆTORIO

ET ELECTORI

LANDGRAVIO THURINGIAE MARCHIONI MISNIÆ ET UTRIUS-  
QUE LUSATIÆ NEC NON BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI  
COMITI PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGENSI MARCHÆ  
RAVENSBURGI ET BARBY DYNASTÆ IN  
RAVENSTEIN


PIO PACIFICO MAGNANIMO FELICI PATRI PATRIÆ LIBER-  
TATIS ASSERTORI RELIGIONIS ORTHODOXÆ  
PROPAGATORI

HANCCE DESCRIPTIONEM  
REGUM REGNI JUDAICI //  
UNITI ET DISJUNCTI RUDIMINERVA ELABORATAM  
DEVOTISSIMA ANIMI SUBJECTIONE  
OFFERT ET DEDICAT

CHRISTOPHORUS PARSCHTIUS HUNGAR,  
ANTEA  
SCHOLÆ SCHEMNICIENSIS RECTOR  
NUNC  
PRO GLORIA DEI EXUL

ANNO  
AVGVSTO ELECTORI A DEO VERO OMNIA Favsta  
VoVENS Et eXORANS! 1692.

DRESDÆ, Typis Christophori Mattbesii.



## PRÆFATIO.

**F**acta cano Regum, SOLYMÆ, JUDÆ, SAMAREÆ,  
Impia facta cano, facta cano que pia.  
Virtutes immortales, rerumque secundis  
Temporibus dubiis, fronte sagace manus.  
Corruptos mores populi, fraudesque, dolosque,  
Insidias Regum, mente tumente manus.  
Constantes animos, æqui, justique tenorem,  
Accepumque DEO, Religionis opus.  
Degeneres animos, tempores juris, & æqui,  
Ingratumque DEO, fictile Numen, opus.  
Hæc si forte leges, ELECTOR MAXIME, cernes,  
Quid pia facta volunt, impia quid cupiunt.  
Exemplis capies, quod vita poscit honestas,  
Quod rerum ad Patriam, postulat usus opem.  
Non hic Maronis carmen sermone disertò  
Invenies, sed iners Exulis arte datum.  
Hic neque Nalonis numeros, numerabis amœnos,  
Nec Flacci modulos, dulce sonante & lyrâ.  
Nil opus est teclis, res claras scribere verbis,  
Luce suâ radient, carmina scripta piis.  
Sed Regum recitare omnes ex ordine formas,  
Non erat inceptum, temporis hujus opus.  
Utque jacet partus catulorum informis, & ipsum  
Formidans nescit sustinuisse diem:  
Sic meus iste labor, cœcâ sub mole laborat,  
Dum mihi præfixo lumine meta caret.  
TU modò MAGNE DUCUM, munus de munere Sacro,  
Accipito placide quod TIBI Musa tulit.  
Et nostros virtute TUA, defende labores,  
Qui nunc sacrati sunt ratione Tui.  
Hi TIBI si placeant, (ut spes est magna) fatebor,  
Nam mea quæ voluit, littora pupis habet.  
Sed quoniam solitus, miseri succurere promptus,  
Adfer opem presso, de BONITATE TUA.  
Si quid contuleris, loculis nîl indecedet,  
Quin potius junctim GRATIA DIA fluet.  
Semper bonos, NOMENq; TUUM, laudesque manebunt,  
Atque TUA in Mundò GLORIA major erit.  
Ipse DEUS reddet, milles vici bus illud,  
Quod CHRISTI EXULIBUS conferet ALMA MANUS.  
Et post exuvias exactas, tramite rectò,  
Æternum sanctis associabit AVIS.

Esaï.



*Ezai. 6. v.3.*

קְדוֹשׁ קְדוֹשׁ קְדוֹשׁ

**SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS.**  
EST SANCTUS DOMINUS PATER & SANCTUS GE-

NITORIS

ÆTERNUS GNATLIS, SANCTUS quoque SPIRITUS  
ALMLIS,

TRIN-UNUS DEUS est SANCTUS, VENERANDA MA-

JESTAS:

**SOLUS ADORANDUS,**  
PESSUMDAT NUMINA FICTA!

## REGNI JUDAICI

TRIUM REGUM REGIMEN  
DUODECIM TRIBUS UNITIS  
IMPERANTUM.

Tres REGES, TRIBUS UNITIS, bis sex SOLYMORUM,  
Ordine regnarunt SAUL, & DAVID, SALOMONque.

### ENODATIO.

ISIADIS gnatus, curarum dulce leva-

men,

Quô non de totô populô procerior <sup>1. Sam. 9,8</sup> 2.  
ullus,

Multis egregiis animi virtutibus aus-

etus,

Ungitur in REGEM Primum, gentis <sup>1. Sam. 9,6</sup> SOLYMORUM,

A SAMUELE Prophetâ, ultrò ferventibus ausis:

Et Domino ZEBAOTH, Cœli Duce, & Auspice Summô, <sup>1. Sam. 10,1.</sup>

Regnifici scandit sublime ad culmen honoris,

Maxima quem primis decoravit gloria bellis.

Namque NAAS, Princeps AMMON densis aciebus,

<sup>1. Sam. 11,1.</sup>

Quadrupedum, pediumque ferox, ad prælia surgit,

ISACIDUM terras vastat, flammisque perurit,

Quem SAUL, cum mediâ volvuntur sidera nocte,

<sup>1. Sam. 11,11</sup>

Invadit, subitòque NAAS fugit, agmina perdens.

<sup>12. 13.</sup>

Moxque PHILISTAS armatos, gladiis, clypeisque,

<sup>1. Sam. 14.</sup>

Terrificis scutis, humeros, & pectora tota

<sup>11. 14. 16. 17</sup>

Præcinctos, currus falcatos præpete cursu

Ductantes, SOLYMÆ scelerata bella moventes,

Transadigit JONATHAN; cum servô vertere terga,

Innumerum numerum, portentô fundere mirô.

Post AMMONque, EDOM, Reges debellat iniquos,

<sup>1. Sam. 14,</sup>

Atque Duces SYRIOS, & SOBÆ Regna, PHILISTAS,

<sup>46. 47. 48.</sup>

A 2

Qui

Qui premere HEBRÆOS prius, & terrere solebant:  
1. Sam. 15, Ultoris sed quum transgressus jura TONANTIS,  
4. 18. 22. 23. AMALECIDUM hosti parcit, prædamque reservat,  
Quem jussus fuerat, cum totâ perdere gente,  
2. Sam. 15, Infandum peccat: SAMUEL zelosus AGAGUM  
3. 33. 34. 35. Regem, in frustra secat: SAUL mox discedit ab ipso,  
Et SAMUEL lachrymis Regis tentoria linquit.  
1. Sam. 16. 13. II. ISAIDEM Regem, rubicundumque, ore venustum,  
4. 12. 13. Et minimum fratrum, citharæ, fundæque peritum.  
1. Sam. 17, Lanigeras qui Patris oves, in pascua duxit,  
34. 35. Tam validum factis, propriâ ut virtute Leonem,  
Eccles. 47, Atque ursos prædâ, solus spoliaret opimâ,  
4. In Regem Iude, Samuel mandante Jēbova,  
Qui quamvis juvenis, rabidis non utilis armis,  
2. Sam. 17, Attamen agrestis dejicit verbere fundæ,  
50. 51. Corporis immani procerâ mole Goliam,  
2. Mac. 4, Vindicat & populum Sanctum, de gente Phœlistim.  
30. 1. Sam. 18, Huic Jonathas lectos, inter sors prima sodales,  
1. 2. 3. 4. 5. Armis conspicuus, superans virtute parentem,  
1. Sam. 20, Qui medios, puerô saltē comitante per hostes,  
16. c. 23. 18. Quique Phœstæ concusserat agmina gentis,  
Conjunctus fuerat, verâ pietate, fideque:  
Unus utrinque animus, sensus, mens, una voluntas,  
Et stetit ad finem vitæ, Concordia summa.  
1. Sam. 18, Interea Michol, Davidi, ob rem benè gestam,  
28. Saul siboles generosa, pudica & nubilis arte,  
Omnibus exemplis charissima jungitur uxor,  
Postquam centenis præputia dempta Phœlistis,  
Hanc Princeps Saul iratus disjungit inique.  
Reges incessit magnos discordia motu,  
1. Sam. 19, Et saul, in David venenosa jurgia linguae  
1. 2. Exacuit, vafrum simulans sub corde venenum,  
Ob populi propensi in David cordis amorem.  
Utque duos Soles, nec Mundi machina ferre,  
Nec socios thalamus, fratrum quoque gratiarara:  
Sic binos Reges, Regnum, Regnique potestas,  
Et populus concors, discordes ferre recusat.  
1. Sam. 20. Quam varios casus, mille & discrimina rerum,  
Per mare per terras, per devia rura, latebras,  
Pertulit innocuus David, quæ tristia Fata?  
1. Sam. 19, Primùm per famulos celeres, ad iussa paratos,  
1. 2. Extingui jussus, violentâ morte repente,  
Ni DEus, & Jonathan, flexissent corda maligna.

Post.



Postea, cū lauros victrices gente Philistim,  
 In manibus gestat, populo plaudende *Zebude*,  
 Percitus irarum *Saul*, æstu cuspidé acuto,  
 Psallentem citharâ, de vitâ tollere tentat.  
 Mox *David* fugientem, *Saulis* turba maligna.  
 Frendens insequitur, penetralia Regia tecti  
 Invadit, taciturno tempore noctis opacæ,  
 Corpora dum placidum carpebant fessa loporem.  
 Provida tūm *Michol*, *David* fidissima conjunx,  
 Cum Dominum vidit, magnō in discrimine vitæ,  
 Per laxatam illum, demittit fune fenestram.  
 Et servos *Saul* deludit, stratagemate mirō.  
 Inde *Naoth* descendens, cum *Samuele* Prophetā,  
 Sermones varios miscet, querulatur *iniquam*  
*Fortunam ambiguis, miscentem tristia letis*  
*Passibus:* adiunt ter lictores, ut capiatur,  
 Ad fauces invulos, Rex sine crimine tetrō.  
 Sed DEUS æternus, qui temperat Orbis habenas,  
 Continuò mentes lictorum mutat & indit,  
 Flaminis afflatum Cœlestis, ductibus almis,  
 Et Regi *Saul* flagranti æstu, Vatis ad instar  
 Veridica ut cuncti, Cœlestis semina Verbi  
 Proferrent populō, factis nocuisse nec ultrā  
*Davidi* possent. Sic sospes retia rupit.  
 His ita transactis, faciem convertit ad Urbem,  
 Nobe venustam, tūm quoque languida, lurida vultū,  
 Et matura fames, *Davidis* concutit artus,  
 Obstupuit Vates *Abimelech*, pane Sacratō  
 Pascit eum. Legem frangit Fatum, atque Necesse.  
 Neclatuuisse potest Vatis factum, sceleratus  
 Namque *Doeg*, præstō fuerat, speculator iniquus,  
 Upilio *Saulis*, ducens ad pascua fœtus,  
 Astutus, mendax, *Davidis* proditor, hostis,  
 Quique Sacerdotes *Abimelech* funditus omnes,  
 Imperiō Regis peracutâ falce necavit.  
 Diffugiens *David* lyivas, saltusque pererrat,  
 Langvida membra trahens, *Achis* & *Geth* Regia tecta,  
 Agnitus ingressu simulat sub corde furorem,  
 Dilaniat frontem, crudeliter ora, manusque,  
 Tempora discerpit, curvō spumat ore salivam,  
 Jam labitur furiosus, stat titubans, relegatur.  
 Libertati assertus Rex, petit antra cavernæ

1. Sam. 19.  
 8. 9. 10.  
 2. Sam. 19.  
 21. 12. 13. 14.  
 2. Sam. 19.  
 20. 21. 22.  
 2. Sam. 19.  
 23. 24. 25.  
 2. Sam. 21.  
 6. 7. 8. 9.  
 Matt. 22. 30  
 Luc. 6. 3.  
 2. Sam. 21.  
 7. 8.  
 Psal. 52. 1.  
 2. Sam. 22.  
 18. 19. 20.  
 2. Sam. 21.  
 11. 12. 14. 15.  
 2. Sam. 22.  
 1. 2.

B

Odotti

*Odolli spelæi gaudens, concitus æstu,  
Flammigerò languens, captans ex corde quietem,  
Concurrunt subitò fraternò sanguine juncti,  
Et Domus ampla Patris, deserti tecta pétentes.*

*1. Sam. 22, Conjuncti tandem veniunt in Mipsa Moabi,*

*3. 4. 5. Ad Regem, quos hospitio contexit amœno,  
Huic David charos, genitores tradidit ambos,  
Et socios fidos fraterno sanguine junctos,*

*1. Sam. 22, Alta petens Ziphī, montana cacumina montis:*

*14. 15. Fortuitò casu Saulis tunc, arma cruenta.*

*Collibus & casses positos evaserat omnes.*

*1. Sam. 23, Post deserta Maon concendens, avia cursu,  
24. 25. Fluctibus innumeris vexatus, sedit in antris,  
Desperans, mœstus, casses pervadere Saulis,  
Quem contrà frendens opiosum duxerat agmen,*

*1. Sam. 23, Attamen ipse DEUS, qui Nume cuncta gubernat,  
28. Et ferat terribili jaculatur fulmina dextrâ,  
Convertit subitò gladios, bastasque cruentas.  
In celeres hostes, positos, rabidosque Philistas,  
Unde locus posthac dictus petra divisionis.*

*1. Sam. 24, Non potuit David Engadi flectere Eremum,  
13. 4. 5. 6. 7. Umbriferamquè specum, latronum, lustra ferarum,  
Obscurâ recubans furtim sub tegmine petræ:  
Quam Saul accedens ad ventrem, pondere pressus,  
Purgandum, latitans inimicus chlamydis oram  
Abscidit, gladio, taciturnus sponte recessit.*

*1. Sam. 24, Mox Saul egressum insectans sermone superbo  
18. 19. 20. 21 Aggreditur David, commonstrat chlamydis oram,  
In manibusque fuisse suis sita stamina vitæ  
Commemorat, casusque futuros fœdera pandit.*

*1. Sam. 25, Isaiades posthac Pharan proficilcitur Exul,  
8. Et deserta colit, cum Nabal jurgia miscet,  
Noctes atque dies perfuso tempora Baccho,*

*1. Sam. 25, Quem Dominus subitò percussit morte funesta:*

*38. 39. Abigailque sagax thalamos excussa Nabalis,  
Expetita sibi, non tempsit fœdera lecti,  
Et Regem profugum casus comita per omnes.*

*Interea Michol Davidi fœdere juncta,*

*1. Sam. 18, Quæ data centenis præputia dempta Philistis,*

*28. 29. 30. Surripitur Conjunx, violentur jussa Tonantis,*

*1. Sam. 25, Jungitur annoso Phalti, sceleratâ mente referto.*

*44. Nondum conticuere doli Saul sanguinolentis,*

Dum

Dum placidam pacem rursus violare resumit,  
Trigintaque Virum dedit illa contraria:  
David Rex fidus, dum fessos occupat artus,  
Nocte soporiferum sopor, invadit recubantis  
Agmina, defixum capiti jaculum rapit, aufert  
Et scyphum frigidæ, Sauli parcitque jacenti.

Tunc David pedibus pavidis timor addidit alas,  
Diffidensque loco, sitiens ad Regia tecta,  
Regis Achis revolat, supplex petit inde salutem,  
Qui Sicelegh humiles habitare casas satis ampla  
Præbetur, manibusque datur, cum posteritate.

Hic quoque pervarios calus, per mille pericula,  
Exagitatus erat, modò persertos, liberosque  
Uxoresque duas, inimicos Amalecitas.

Causarum Series, & ineluctabilis Ordo,  
Præforibus fuerat Saulis, tunc funere merso,  
Fatidico Samuele Prophetam, vera loquenti,  
Dum Rex abstulerat Lamiisque Magosque scelestos,  
Et cæcis operâ Pythonis tentat ab umbris,  
Os Helcaniadae venerandum exire Prophetæ,  
Auspiciis valde infelibus arma Philistis,  
Armis opposuit, sævus, perditque cohortes,  
Ense cadens propriō, Natitres morte perempti,  
Avulsumque caput celsò de pectori, victor  
Ostentat castris, ingloriaque inde propago.

Hic sceptri fragiles quondam sortitus habendas,  
Atque DEO viridi decoratus fronde triumphi,  
Non planè Domini Cœli Sacra iussa sequuntur,  
Sed populum occidens pinguis servavit Agagum,  
Et captas pecudes, misit non iussus ad aras,  
Se & natos miseros involvit cladibus unâ:  
Annos bis decies Regnum possedit avarus.

Fletibus Aula tremens, oculis non defuit imber,  
Ac gemitus lachrymabilis, imò ex corde tedundans,  
In populô zephyrus dotales excitat hortos.

Iacob setibgnatus, parvô cum fratre superstes,  
Qui quadraginta jam vitæ expleverat annos,  
Emula cum virtus partes stimulabat utrinque,  
Hunc gemini fratres Rimone parente creati,  
Compositum lecto, somno ut videre jacentem,  
Protinus invadunt, stricto terroque trucidant,  
Avulsumque humeris caput, in sua tecta reponunt,

1. Sam. 18.  
per rotu

2. Sam. 27.  
q. 5. 6. 8. 6.  
30.

1. Sam. 28.  
3. 7. 8. 9.

1. Sam. 15.  
2.

1. Sam. 15.  
20.

1. Sam. 18.  
33. cap. 19. 1.  
2. 3. 4.

1. Sam. 18.  
33. cap. 19.  
4.

B 2

Tan-

um

- Tandem per Rēgēm truculentā falce perempti.
- 1. Sam. 3,7.* Dux animi fidens, dextrā, fidissimus *Abner*,
- 8. 9. 10. 23.* Ob stuprum commissum atrox cum prole nefanda.
- 24. 25.* Isboseth genitoris, functi funere diro,  
Æquo dum duris verbis maledicitur, ultrò  
Deficit à *Saul* & *Davidis* Regia tecta
- Sponte suâ invisit. *Terris scelerata voluntas,*
- 2. Sam. 2.* Et fucatus amor, non semper durat in horas:
- 27.* Namque *Joab* surgens, hastâ transverberat illum.
- 2. Sam. 2,* Sublatis offensis, Rex unctus, *Tribus* amplis,
- 36. cap. 8. 1.* Præficitur *Solymæ David*, funditque *Philistias*
- 2.* Multoties, hostes portoria solvere jussit.
- 2. Sam. 8,* Tùm *Syrios*, *Moabitas*, Sobe Regna propinqua,
- 1. 2.* *Amalecitas*, *Amonitas*, bella gerentes,  
Innumerosque greges, felix prostravit agrestes,  
Virtutem extendens Regni Babylonis ad oras,
- 2. Sam. 10.* Quâ fluit *Euphrates*, Cælō gratisimus amnis,
- 1. Sam. 11, 3.* Jamque senex *David*, socialia fœdera rumpit,
- 4. 5.* *Bethsabeæ* thalamos incœsto polluit aulu,  
Et bellatorem fatalia castra sequutum
- 2. Sam. 11.* Uriam Proceres interfidum & sapientem,
- 16. 17.* Cladibus innumeris prostratum, sustulit Orbe.
- 2. Sam. 12.* Hunc *Nathan* Vates, Cœlesti Lumine ductus,
- 7. 8. 9. 10.* Proscindit maledictis, fulmina dira minatur,  
Nî lachrymis cordis incœstus, sua crima ploret.
- 2. Sam. 12,* Electitur obsequio, peccator criminis atri,
- 16. 17. 18.* Et *Numen* Cœli, quod nutu cuncta gubernat,
- Ecccl. 47, 13.* Perpetuis votis calidis, precibusque fatigat,  
Quò veniam tribuat fœdato crimine tetro.
- 2. Sam. 12,* *Bethsabeæ* posthac geminatâ prole beatus,
- 24. 25. 26.* Sulcepit *Salomonem*, prudentempue *Nathanem*.
- Matt. 1, 6.* Et Domino grates ingentes, pectore solvit.
- 2. Sam. 13,* Filius Achinoæ Reginæ, servidus *Amnon*,
- 14. 15.* Germanæ stuprum, quituribus intulit actis,  
*Thamar*, quem serio mandat sermone ministris,  
Absolomus, sœvâ impudentem cœde necare,  
Incœsto totus maculatus sanguine fratris.
- 2. Sam. 15,* Moachides gnatus, magni Patris, æmulus hæres,
- 20. 31. 32.* Quo nullo vixit juvenis formosior ævo,  
Pulchrior, erecto talos de vertice ad imos,  
Insidias Patri struxit, sceptroque, thoroque  
Sedibus & Regni, Regem pepulit, maledictus,

Cui

Cui ferus Achitophel, junctus fuit, ore diserto,  
Ut responsa Viri Cœlestia jussa putarent,  
Oraculis homines velut ex ipso æthere natis,  
Hic postquam vidit, consilia falsa fuisse,  
In se ipse furens, laqueo sua guttura fregit.

2. Sam. 17,  
1, 2, 3, 4.

Absolomus gnatus, ferventi inilite fractus,  
Præpte dum mulo cursu, per nemora transit,  
Arboreas pinūs, ramis frondentibus errat,  
Esculus appendit mulo fugiente capillos,  
Implicitumque comam, milero pendente sub umbrâ,  
Postea Sorviades, mucronis cuspide, pectus  
Trajecit, furvæ cæsum demisit ad urnas,  
Discite Mortales Nati, non temnere Patres.

2. Sam. 18,  
7, 9, 10, 11,

Fletibus Aæla tremit, cordis non deficit imber,  
Intima concutiunt macerantia corpora corda,  
Et David Regis, turgescunt lumina luætu,  
Atque sonos tremulos, imò de pectore fundunt,  
Absolon! ab dulcis soboles, ô Absolon! omnis.  
Spes vita cecidit, cecidit veneranda propago,  
Quis dabit Absolon? in te jam mibi vivere? quis ve,  
Dulce mori? Absolon! Absolon! ah vox fauibus hæsit!

2. Sam. 18,  
14,

Quantus amor Patris? quanta est dilectio Nati?  
Ut quoque degeneres poscat sibi vivere partus.  
Tumque Joab, maledicta DEI proponit, & iram,  
Si in populo fletus, Regi nec vulnera cessent.

1. Sam. 18,  
33.  
Cap. 19, 4.

Postea dira fames, implacata que vigebat,  
Flammagulæ tristis Solymis pallorque, tremorque,  
Ventriculi tribus annis, propter Saulis iniquam,  
Cum Gabaonitis violatam fæderis areti,  
Tempus in omne fidem, iægetum, sterilemque Minervam.

1. Sam. 19,  
5.  
2. Sam. 21,  
1, 2,

Atque Joab Davidis Dux sceleratus, Amasam  
Dum blandè alloquitur, barbâ presumque tenendo  
Basiat, en tacitum vaginâ liberat ensem,  
Incautum sternit, furiis seductus Averni,  
Qui cæsus ruit, iætaque viscera, fundit in arvum.

2. Sam. 20,  
8, 9, 10, 11,

Montibus Ephraicis, Ieminidum stirpe creatus  
Filius, & Bochri desertor seditiosus,  
Famosus latro, sed cætera futilis erro  
Seba, tenens Abeliae claræ mœnia, cæsus  
Sangvinolente manu, jaætu in caput Urbe Joabi.

1. Sam. 20,  
2, 23, 4, 21,  
22, 23, 24.

Interea David populum, bis sex Tribus amplis,  
Dum numerare facit, violatur odoribus auræ,  
Corrupto Cœli tractu, miserandaque venit,

2. Reg. 24,  
1, 2, 9, 10,  
2. Chron.,  
21,  
Arbo-

C

1. Reg. 1, 3. Arboribus, segetisque lues, & lethifer annus,  
 4. 5. Quæ tandem precibus populi, votisque fugata:  
 Seu Et calidô Abisag David calefactus amore,  
 3. Reg. 1, 3. Uxores plures induxit, Cœlica jussa  
 4. 5. Transiliens, etiam Japhetis contortia miscet.  
 1. Chron. 15. Postea, Rex solidum castrum Regale Sionis,  
 1. 2. 3. In petrâ Solymæ, quæ Florenti adjacet Urbi  
 Imposuit, gelidae Boreæ partique locavit,  
 Gebuseis Patriis Solymæ de sedibus actis:  
 Ædibus & Sacris condendis, millia centum,  
 1. Chron. Auri Regalis speciosi, cusa talenta,  
 22, 14. 15. Argentis solidi lacravit millia mille.  
 Egregius Psaltes, ac Vatum maximus idem,  
 1. Reg. 2, 1. Usquè DEO Summô, qui carmina grata canebat,  
 10. Curarum partes varias, versatus in omnes  
 Procubuit, moriensque dedit Regnum Salomoni,  
 Magnificô tumulô constructô, contumulatur.  
 III. Regia progenies David, Vatesque, Propheta,  
 1. Reg. cap. Rex Salomon, surgit sapiens, spectabilis armis,  
 1. 2. Adonias hunc contrâ sectator sceleratus,  
 Conspirat subitô, miscet certamina Martis,  
 Et volucres volitant, passim per inane favillæ:  
 Donec in instanti, fervens succreverat ignis,  
 Ac flammæ volucres suppressæ gurgite fulo,  
 Complicibus sublatis, Adoniaque resecto.  
 1. Reg. 3, 1. Tum Salomon solus, sapienter sceptrâ capessit,  
 4. 5. 6. 7. Instituit cultûs Divinos, thura libando,  
 Ante aras, pecudum cecidit tunc victima multa,  
 A Domino petiit docile & sapiens caput, omnem  
 Ut populum posset justè, & sanctè moderari.  
 Moxque meretricum binarum jurgia, lites,  
 1. Reg. 3, 16. De puer exortas, peudenter solvit, aperte  
 17. 18. 19. Judicium statuit rectum, justique tenorem  
 27. 28. Observans, Matri veræ dat, corde tenellum.  
 Nomen & omen habet, Solymæ dum sceptra gubernat,  
 1. Reg. 4, 1. Pacificus Dominator erat, vitamque per omnem,  
 2. 3. 4. 5. v. Aurea tranquilla traduxit, & otia vita,  
 4. 30. 31. Instituit turmis equitum fidos chiliarehas,  
 Dives opum, pecoris, positis in fœnore terris,  
 Artibus instructus variis, rerumque stupenda  
 Cognitione gravis, quo non sapientior alter.  
 1. Reg. 5, 9. Cui tantum fulvi argenti fuerat super arce,  
 10. 11. Quantum saxorum, lapidumque vilescit in agris,

Copia



Copia quin etiam cedronum tanta virebat,  
Quanta solet ramus nostris frondescere sylvis.  
Magnicum templum centum sublime columnis,  
Ad superas auras erexit, monte Moria;  
Hoc qui cuncta videt Sol, nusquam vidi in Orbe  
Splendidus, rutilans, flagranti luce resplendens,  
Continuas flamas, Sacrorum viscera cujus,  
Servabantque focum, solemnia thura ferentem,  
Quod placabatur semper Veneranda Potestas,  
Secretum penetrale DEI, quo foederis Arca  
Infertur, Legis sententia dictaque Moysi.

Dumque per immensum, surgunt praeconia laudum,  
Nobilis & fama in multis memorabilis oris,  
Tum vulgata fuit Salomonis: Post Arabiae  
Regnatrix Solymam properat, Sapientis Amorem,  
Mirata est, lapides preciosos vexit ab oris,  
Atque aurum fulvum, monumenta & pignora cara,  
Deposuitque dedit Regi, felicibus ausis.

Uxores plures induxit, Cœlica iussa  
Pessum dans, etiam ignotis consortia fœda  
Commiscet, multis castum rapit atque pudorem,  
Falsorum simulachra DEUM, de marmore duro  
Condit, deque auro solido, & de robore queru  
Constituit, populum revocans de Numine Verò.

Cernens cuncta DEus, præsentia, prisca, futura,  
Cujus ad Imperium fundit sua munera tellus,  
Sidera terribili jaculantur fulmina dextrâ,  
Cuncta supercilio quatiens, iratus, iniquum  
Imperium Salomonis transfert in Roboamnum,  
Quadraginta annis Solymæ dum regnat in Urbe,  
Actumulo Fatali contumulatur Avito.

1. Reg. 6.  
per bothmo

1. Reg. 10,  
1. 2. 3. 4. 5.  
2. Par. 9, 10

1. Reg. 11, 8.  
9.

1. Reg. 11, 4,  
5. 6.

1. Reg. 11, 43

1. Reg. 11,  
42.

## REGES JEHUDÆ XX.

POST SALOMONEM

SEU

## REGNI HIEROSOLYMITANI

DIVISI,

TRIBUS JUDÆ & BENJAMIN, REGNANTES.

1. En Roboamus adest, Abiia fit, Asa que Regnat,

2.

3.

C 2

Jo-

pia



4.           5.  
*Josaphat*, & *Joram*, fratum jugulator iniquus,  
 6.           7.       8.       9.  
*Ochobias latitans*, *Athalia*, *Joas*, *Amasia*,  
 10.          11.      12.      13.  
*Uzias*, *Jonathban*, *Achazus*, *Chiskias* sanctus,  
 14.          15.      16.      17.  
*Manasses*, *Amnon*, *Josias*, atque *Joachus*,  
 18.          19.      20.  
*Jojakim*, *Iechonias*, postremus *Sedecias*.

### Factorum Descriptio.

1. Reg. 12, 1. I. Dum *Salomon* moritur, *Roboamus* Regia sceptra  
 Suscipit, inflatus, Prudentum providagentis  
 Spernit consilia, & præfert puerilia sanis,  
 Exauget vectigal, multiplicatque tributa,  
 Proflagris, populis, venenosis i<sup>c</sup>ribus urit,  
 Nec gemitus querulos, ululatus tecta domorum,  
 Omnia compleentes audit: transmittit Aduram

1. Reg. 12, 6. Ut passim à cunctis repeat portoria census:  
 7. 8. 9. Obvia turba ruit, non justa tributa petenti,  
 Portantique minas, impingit vulnera saxis.

1. Reg. 12, 10. 11. 12. Indè decem *Tribus* avulsa, sua fœdera solvunt,  
 Nec porerat ferrum, nec edax abolere vetustas,  
 Ardentes flamas: sceleratus sed *Roboamus*,  
 Collibus excelsis statuas, per aperta viarum,  
 Umbriteros saltus plantavit, thura libare  
 Idolis gentem præcepit, vota sacravit,

1. Reg. 14, His DEUS omnipotens iratus bellica signa,  
 25. 26. 27. Ægypti, Solymam mittit, populatur inermes,  
 2. Par. 12, 13. Ædes Sacras violent, fulgentia vasa  
 Sesac Rex capit, & thesauros dissipat omnes,  
 Exspoliatque Domum Regis prædivite cornu:  
 Perstitit Imperium, septemque, decemque per annos.

1. Reg. 14, 31. II. Post *Abiia* subit Regnum, spes maxima Patris,  
 6. 15. 1. Magnificas jactans robusto corpore vires,  
 Et fera bella gerens, sapienter cuncta gubernans.

Interea trepidas inter, discordia gentes,  
 Isacidum exoritur, concurrunt undique totis,  
 Viribus oppositi, sevus furor arma ministrat,  
 Telorum effossus glomeratur in aëre nimbus,  
 Strataque sunt campis in pugnâ, corpora truncâ,  
 Millia quingenta *Roboami*, viribus arctis  
 Jude, que in Domino fundavit spemque, salutem,

De-

Demonstrans vitulos, nîl posse obstatre Tonanti,  
Quos sibi stultus homo, fabri conflaverat igne:  
Regnumque angustum Jude, tenuit tribus annis.

III. Tertius ASA satus, superans pietate Parentem,  
Præses amans pacis, vincens bonitate Proavos,  
Sceptra sacrata gerit, sapienter tempora gubernat,  
Funditus extirpat lucos, Idola Maachan,  
Matris iniqua, Priapi fœdi, culmina tollit,  
Subvertit quæ specus, aufert simulachra Deorum,  
Et genitricem insanam, Regni sedibus arcet.

Cum Syriæ Regnante Benbadad, fœdera pandit,  
Samariæ Basan vincit: Zara Pharaonis,  
Mox decies centum conflictu, millia pellit,  
Ter deciesque novem, Judæ regnavit, in annos.

IV. Josaphat hunc sequitur, felix & Religione,  
Et pietate DEO charus, ludibriatrunci,  
Quæ manus artificum, & perversa inductio mentis,  
Instar babere DEL voluit, terrisque locare,  
Subruit; In Legis Præceptis, nocte & dieque,  
Versatus, Domino Levitas urbibus amplis,  
Atque Sacerdotes sanctos virtute coruscos,  
Imposuit: Judices certos cognoscere causas,  
Mandavit; tandem chiliarchas, ordine justo  
Distribuit, decies centenis millibus aptos.

Ammonitas & Moabitæ, vertere terga,  
Assiduis precibus projectis, vidit aperte,  
Notus ab Hesperiis & Eois, notus ab oris,  
Infelix bello Syriorum, societate  
Armis infaustis scelerati Regis Achabi,  
Vicenos & quinque annos, dominatur Iude.

Istis temporibus, Cœlum conscendit Elias  
Thesbites, vivus vectus super æthera Cœli,  
Ignivomō curru, vestem jaciens Elisaō:  
Jordanis scissus: fontes ex asperitate  
Sunt facti dulces: pueros, Vatis seniori,  
Dum illudunt factis, derident vocibus agris,  
Immanes ursi decies quini, rabidique  
Discerpunt: Viduæ, quam duris rebus egestas  
Depressit sæva, unguento flagrantis olivæ  
Succurrit, quondam contracta ut debita solvat.

Uxori sterili, precibus partum Sunamiti  
Imperat, & gnatum defunctum suscitare ejus:  
Mortiferum coctum pulmentum, parte farinx

1. Reg. 15, 8.

2. Par. 14, 8.

1. 2.

1. Reg. 15, 19.

20.

2. Par. 14,

9. 10.

2. Par. 17, 10.

2. 3. 4.

2. Par. 20,

22, 23,

2. Reg. 2, 12.

Eccles. 480

13.

1. Reg. 2, 14.

1. Reg. 2, 24.

1. Reg. 4, 7.

8. 9.

1. Reg. 4, 17.

Inje.

D

2. Reg. 5.17. Injectæ sanum reddit. *Naaman Elephide*  
 2. Reg. 6.7. Emundat; ferrumque profundo gurgite mersum,  
 2. Reg. 6.19. Nare facit; captantes se hostes lumine privat,  
     Et volucres adstare sibi, sine corpore mentes,  
 2. Reg. 6.26. De Cœlo vidit. Tunc ingens mortis alumna,  
     Samariæ exorta est, *Natorum carnibus usæ,*  
     *Concoctis Genitrices, stercoribusquæ columbæ,*  
     Hic cibus, hæque dapes multis, epulæque fuere,  
     Pressis obsidibus *Syriorum*, nocte, dieque:  
     Donec ad extremum ventum discriminis usum,  
     Et gemitus tristis, luctus, suspiria, planctus,  
     Vox oppressorum, penetrarent tecta Tonantis.  
     Tum *DEUS, Omnipotens, qui nutu cuncta gubernat,*  
 2. Reg. 7.7  
     *Et fera bella ciet, strepitum, sonituque fragorosum,*  
     Agmine quadrupedum horribili, leviumque rotarum,  
     Consonare facit campos, rapidoque recursu,  
     Turba maligna fugit, currus, tentoria panta,  
 2. Reg. 7.16.  
     Annonam, grandemque dapum, cumulumque ciborum,  
     Linquunt in campis hostes. Populus ruit Urbe,  
 1.7.18.  
     Agmina, festivum pedibus cipientia cursum,  
     Insequitur frustra, rapit omnia, turbine mirò:  
     Quadrupedes vitulos, prægrandia pecora campi,  
     Munera fœcunda terræ Cerealia, fœtus.  
     Hinc ceſsat stimulata famæ, & tristia latit  
     Miscentur: tenebris, succidunt Urbe serena,  
     Venditur & modius, statere uno, tunc Cerealis.  
 2. Par. 21.1.  
 2.3.4.5.  
     V. Insequitur Joram, gener, hos sceleratus, Achabi,  
     Juſa verenda Patris, spernens, fratrum jugulator,  
     Et Primatum, Prudentum, trucidator iniquus,  
     Veſtigal certum statuit, portoria sanxit  
     Annua, SAMARIÆ Regum vestigia sectans.  
 2. Par. 21.  
 16.17.  
     Sed *DEUS aeternus, qui nutu temperat Orbem,*  
     *Criminis infandi Vindex gravis, atque severus,*  
     Innumeræ Gentes, *Arabum, Æthiopumque, Philistum,*  
     Immittit SOLYMÆ, populantur, cuncta furore  
     Insano complent, è Gazis aurea vasa  
     Surripiunt, liberos, uxores atque nepotes,  
     JORAMI, in duramque abducunt captivitatem.  
 2. Par. 21.  
 20.  
     Ast Rex concussus, subito morbo exitiali,  
     Vicus letho jacuit, sub corde dolores  
     Inumeros sensit, cruciatus, tempore longo,  
     Donec ad extremæ, Ventum confinia vita,  
     Tota eructaret, vehementi viscera, motu.

Exitui

- Exitus iste fuit Regis, qui castra sequutus  
 Impia, degeneris, scelerati, nec tumulantur  
 Reliquæ tumulo Regum, sed parte sequestrâ.  
 Octo annis Solymæ portavit Regia sceptræ,  
**VI.** Cschobias Patri similis, Matris venenosis,  
 Verbis & juvenum sensu, seductus inani,  
 Omnia, Oabathidæ similis, mente inque, fidemque,  
 Nil curat Superos, Superorum sancta statuta  
 Spernit: Samariæ Regem, dum visit Achabum  
 Languentem, fictâ Jehu deluditur arte,  
 Mox circumventus, crudeli cæde peremptus,  
 In quô desierat Salomonis linea Iudæ,  
 Posteritasque potens. Anno uno præfuit Urbi.  
**VII.** Post Atalia rapit Dominatum, fraude malignâ.  
 Ambitiosa nimis mulier furiosa, feroxque,  
 Grassatur, tollit, Salomonis sangvine junctos,  
 Sed quum nulla Potestas terris fraude, scelestæ  
 Parta, diu florere potest, sic Mater iniqua,  
 Fraude suâ perit, & dum templi limina culta  
 Scandit, Pontificis mandatō, falce necatur.  
**VIII.** Monstra Baalis adurunt, subvertuntque Sacras  
 Ædes, & statuas positas, simulachra Deorum,  
 Annos per septem Solymæ, dum regnat in Urbe.  
**VIII.** Ad Nathan stirpem, Regnum transfertur Iudeæ,  
 Posteritate rûta Salomonis, sorte Joasus,  
 Pontificis Ioadæ iepennis Rex fit, & audit  
 Scripta sacrata DEI servens, juvenilibus annis:  
 Mansuetus, fideique tenax, ex corde benignus,  
 Restituit cultum sanctum, Mystras venerandos,  
 Sancivit redditus rebus conferre Sacratis.  
 Pontifice exanimi, totus mutatus ab illo,  
 Impia sectatus terrestria Numinæ Divum,  
 Servivit lucis nemorum, sculptilibus atris,  
 Mandavit gentem Divinam thura libare,  
 Zachariam Vatem sanctum, Divumque Prophetam,  
 Fatidicō sermone DEI secreta loquentem  
 Regnanti, & populō, quos invius abstulit error,  
 In templo lapidum saxis prostravit inermem.  
 His DEUS iratus factis, Regem Syriorum,  
 Constitulat gladio cinctum, & fulgentibus armis,  
 Ut Solymam versùs properet, populumque malignum,  
 Sedibus è Patriis pellat, compescat & igne,  
 Ense, rotâ, pontô, constrictis funibus, arctet.

D 2

Indè

2. Par. 22.I.

2. 3. 4.

2. Reg. 8. 24.

2. Reg. II. 4.

2. Par. 22.

12. c. 23. 1. 2.

2. Reg. II. II.

2. Par. 23.

15.

2. Par. 23,

17.

2. Par. 24,

1. 4. 5.

1. Reg. 10. 1.

2. Par. 24,

17. 18. 19.

2. Par. 24,

21. 22.

2. Par. 24,

22. 24.

2. Reg. 12,

18. 19.

Indè *Joas* trepidans, ad templi limina currit,  
1. Reg. 12, 18 Argentum resplendens, aurum, vasa Sacra  
Arripit, atque Domus properanter Regia dona  
Congregat, infaustoque gravi transmittit *Haseli*:  
*Placatur donis Syrius*, nec signa furoris,  
Sanguinolente manu peragit, discedit ab Urbe.

Tunc pavor, & horror torpescens, corporis artus  
Pervadit Regis, morbi fastidia tetri  
Auger, langvida membra trahens, cordis cruciatus  
Fulmineos sentit, geniali dum jacet ager  
Purpureo lecto, per servos præcipitatur,  
Nec tumulo justorum infertur, Rex sceleratus,  
Imperium tenuit varium, decies quater annos.

X. Post *AMASIA* Patris soboles pia Regia sceptra,  
2. Reg. 14, 1. Suscipit, incepto felici, donec in Aulâ,  
2. Par. 25, 1. Ædibus & Sacris, doctrinæ semina pura,  
2. 3. Cœlestis Verbi populo diffundere jussit,  
Et Vatis monitu didicit, *nihil armajuvare*,  
*Aut grave militiae robur*, cum bella geruntur,  
*Sed superi Regis*, tantum prodeesse favorem,  
*Inque fugam hostiles trepidam convertere turmas*,  
*Impia & borrendo prosternere castra furore*.

2. Par. 25, Conjuratores, cædis genitoris acerbæ,  
4. 5. E medio tollit, fortis genti chiliarchas  
Magnanimos dedit, & ter centum millia gentis,  
Fatiferis fulgentibus armis ducit, *Iduma*  
Hostes aggreditur crudeles, millia fundit  
Viginti, lœvò certamine, cæde nefandâ.

2. Par. 25, Tunc *Amasia* novis turgens successibus istis,  
14. Sponte DELIM omittit, Cœlestia jussa Prophetæ,  
Venturos casus dictantes, spernit, & odit,  
Mox simulachra Seir locat, & prostratus adorat.

1. Reg. 14, Samaria Regi impia bella movens, luit atrox,  
19. Immanes pœnas, laqueis gravibusque ligatur,  
Cum gnatis, & thesauris, abducitur usque  
Samariam, Solymæ Civitas parietibus altis  
Nudatur, templi rapiunt penetralia Sacra.

Quare Nihil temerè, nec contra Numinis Almi,  
Impia bella Piis, terris contracta, gerenda.

2. Par. 25, Dimissus, quibus insidiis circumdatus arte,  
27. 28. In civitate Lachis, trucidatur morte pudendâ,  
Et Solymæ tumulo genitorum contumulatur,  
Viginti que nove in *Judea* regnavit in annos.

X. Asa.

X. ASARIAS genitus Patris, pietatis avitæ  
Strenuus, & rigidi semper sectator honesti,  
*Mosaicos* sanxit ritus, & iussa verenda,  
In castris numerans ter centum, millia turbæ.

Qui 5<sup>a</sup>  
Uſias dicitur.

2. Reg. 14, 28

2. Par. 26, 1.

13.

cap. 25, 1. 20

3. 10. 14. 27.

28.

2. Par. 26, 8.

Ammon atque Arabes atros, domuitque Philistas,  
Urbibus excelsis habitaculis, arcibus amplis  
Exuit, & Solymæ turres erexit amoenas:  
Arvorum & ruris semper studiosus amator,  
Et pecudum dives, jumentorumque beatâ  
Fœturâ in campis, armenta & vallibus imis,  
Montibus excelsis, dumetis, plurima pascens,  
Cisternas amplias puteales, conficit illis,  
Et redditus magnos, Domus amplæ, colligit inde.

Cujus mens, rebus quondam sublatæ secundis,  
Dum nescit servare modum, subito ruit ipsa,  
Nam Salomonæ, ingressus sacraria Templi,  
Turricremam sese confert, furiosus ad aram,  
Quodque Sacerdotum est, votivâ adolevit accerrâ.

Cui DEUS exardens, diræ contagia lepræ  
Immittit, niveoque notat, rosea ora colore,  
Qui morbi fœdi, territus semine, tristis  
Commendat Natō Regni moderamen Jotba,  
Nec tumulô Patrum leprosus contumulatur,  
Dum Iudæ Regnum teuuit decies quater annos.

2. Par. 26,  
17.

XI. Hunc JONATHAN sequitur, priscæ pietatis amator, 2. Reg. 15, 23  
Arte Sionæ flectens moderamina Regni,  
Pace fruens almâ, delubri in limine portam,  
Magnificam extruxit, largò & prædivite cornu.

2. Par. 26,  
23.

Jussa DEI sectans, habuit sine labore secundos  
Successus, struxit positas in montibus, Urbes,  
Aëriasque arces, tutæ munimina terræ,  
Extulit & turres, & amoenis saltibus Aulas,  
Et quæ secessum præbent Prætoria Regni,  
Cumque Ammoniacis gessit felicia bella,  
Et genti imposuit, stipendia maxima vitæ,  
Argenti centum numeranda talenta quotannis.

2. Par. 27, 5

Ac tandem Fato, facies miserabilis horæ,  
Triste simul tollens senium, lœtamque juventam,  
Ante oculos glomerat, gyrata volumina lini,  
Cum Regnum tenuit, viginti quinque per annos.

XII. Degener ACHASUS, Regni monumenta capessit,  
Impius, & demens, gentem sacrare Jēbovæ  
Inhibuit, templum, Solymorum claudere jussit,

2. Reg. 16, 20  
2. Par. 27, 7

E

Ec

2. Par. 28, Et statuas multas erexit, aurea Beli

1. 2. 3. 4. Signa, suisque illi sacravit ritibus aras.

Qui non umbrosâ, sub qualibet arbore tantum,  
Numen adoravit fictum, non collibus altis,  
Thura cremare modo est ausus, non quicquid ubique,  
Peccarunt alii, solum peccavit & ipse,  
Quin etiam, prob triste malum, sua cara Molocho,  
Humani diræ sacravit valle gehennæ.

2. Reg. 16, Hinc Syriae Razin, Rex consurgens Solymorum,

6. 7. 18. 19. Castra domat, magnamque secum rapit ordine turbam,  
Damascum versus. Mox centum millia gentis,  
Et viginti, per Phaceam campis strata vidit,  
Samariam captos, ducentum millia missos,  
Cum Solymæ vixisset, sexque, decemque per annos,  
Nec tumulô corpus Regis tumulatur Avitô.

2. Reg. 18, 1. XIII. Ezechias natus, rerum, sceptrique potitus,

2. Par. 29. Cui nemom major, verâ pietate Nepotum,

2. 3. Davidæ gentis, sapiens imitator, Avorum,  
Restituit cultum, & veræ pietatis amorem.

2. Reg. 18, 4. Namque DEUM justò, reverenter amore colebat

Num. 21, 9. Fervidus, & passim statuas confregit inermes,  
Nec falsâ, populum sub Religione sinebat  
Vivere, seu frigidâ serpentis imagine falli.

2. Reg. 20, 1. Dum queritur lachrymis, citius sua Fata venisse,

2. 3. In stratô recubans calidis votis, precibusque

2. Par. 32, Quinque decemque annos, morbi tristisque levamen

2. 1. Accipit, & vitæ longævæ, dulce solamen,

Ezai. 38, 1. A Clemente DEO, qui nutu cuncta gubernat.

Eccles. 48, 26. In signum centum retorsum, in gnomonis umbrâ

2. Reg. 20, 11 Ascendit sursum Sol, non revocabilis hora,

1. 2. 13. 14. Jam revocata, decem retrò gradibus fuerat tunc.

2. Reg. 18, 13 Obsidione gravi cinctus Solymæ, Assyriorum,

c. 19, 34. 35. Alligerum vidit Cœlestem, millia centum,

Ezai. 37, 36. Et decies octo, cum quinis connumerando,

Ecccl. 48, 24 Senchérib prostrata, per arvum, prodigiosè.

2. Reg. 20, 21 Quid non assidui genitûs, de corde piorum?

2. Par. 22. Atque preces humiles, possint? quid ferre recusent?

2. 3. Mortuus Ezechias, Patrum urnâ contumulatur,

Vigintique novem, Judæ regnavit in annos.

2. Reg. 20, 21 XIV. MANASSES stolidus, Verbi contemptor inanis,

2. Par. 33, 1. Callidus, & Patre è vivis super æthera rapto,

Filius Imperii, mores imitatus Achabi:

Nam quas tûm quondam Genitor destruxerat aras,

Instau-

Instaurat rursum, furiosâ mente, scelestus,  
Et radios nitidi veneratus sidera Cœli,  
Numen adoravit Martis, Venerisque, Jovisque,  
Et Sacros illis demens adolevit honores.

Non puduit volucres pavidas, adire canentes,  
Auguriumque sibi captare è præpete cursu,  
Consulere Astrologos sciolos, fontesque, Magosque:  
Et ignatum charum, flammis sacrare Molocho,  
Non dubitavit, inops animi, vecordibus ausis.  
Qui sibi restiterant, immanicæde repente  
Sustulit innocuos, & sanguine polluit Urbem,  
Elalias per quem est ferrò dissectus acutò.

His ita transactis, Magnus DEUS, agmina multa,  
Immittit Solymæ, prosternunt omnia passim,  
Et captum Regem, sævis vinclisque ligatum,  
Abducunt subito in Babylonis captivitatem,  
Utpœnas dignas plangat, bis quinque per annos.

Post sævô Babylonis ut antrô, carceris usu,  
Exemptus; Solymæ festivus redditus Urbi,  
Protinus è Templo simulachra removit & aras  
Subruit, & rapidi fluvii projecit in undas,  
Instaurans altare DEI, pecudumque cruento  
Conspergens, pompâ solenni, Numen adorat.

Tum Solymæ moritur Manasses, nec tumulatur,  
In tumulo Patrum, sed in horto Ozæ redolente,  
Ac dominatur quinquaginta quinque per annos.

XV. Hunc AMON genitus sequitur, furiosus, iniquus,  
Insani cultûs, scelerumque, aræque profanæ  
Autor, jussa verenda DEI spernens, ruit ultrò  
In vetitum, expandit lucos & signa Deorum  
Amplificat, tetrô vitiavit mœnia ritu.

Quem contrâ conspirarunt famuli, atque ministri,  
Et clam compressum, magnæ in penetralibus Aulæ,  
Demisere neci, sic sœva, feroxque potestas,  
Sponte ruit: Regnatque duos annos, scelus atrox,  
Nec tumulo Regali contumulatur Avitô.

XVI. JOSIAS puer octennis Præfectus in Urbe,  
Quô non Rex quisquam IOVÆ, metuentior unquam,  
Justitiae Sanctæ facta æquò tramite pensans,  
Nec verâ Solymis pietate, fideque, secundus.

Nam quæ quondam Achas, rabidis contexerat ausis,  
Et quæ fundarât, veneranda per atria Templi  
Numina, diripuit, concussit, vindice ferrô,

1. Reg. 21, 4.  
2. Par. 33, 4.  
3. 6. 7.

2. Par. 33,  
11. 12. 13,

2. Par. 33,  
13. 14.

2. Par. 33,  
20.

3. Reg. 21, 19.  
20. 21.  
2. Par. 33, 21

2. Par. 33,  
24. 26.

2. Reg. 21,  
26.  
t. 22, 1.  
2. Par. 34,  
1. 2. 3.  
2. Reg. 23,  
14.

- In cineremque redacta vagum, dispersit in amnem:  
 Restituit cultum, Levitas sponte sacrare  
 Pascha DEO iussit, Jeremiæ Legibus usus,  
 Verba DEL coluit, præceptaque Dia Sacrorum,  
 Contulit ingentes sumptus ad pulpita Templi.  
 2. Par. 33, Sed dum injusta capit, contrà Nechaum sapientem  
 20. 21. Aegypti Regem tela, adversus Babylonem,  
 2. Reg. 23, Assyriumque DEL jussu, tunc prælia justa  
 23. Sumentem, confossus pectora, vulnere sævô  
       Occubat, & vitam cum sanguine, fundit in auras.  
 2. Par. 35, Magnifico postquam Regem poluere sepulchrô,  
 24. 25. Exoritur luctus, clamor omnia pectora complet,  
       Turbantur Cives Solymæ, Regnique juventus,  
       Deflent Magnanimum, multâ bonitate coruscum,  
       Omnis ager lachrymashabet, & fovet angulus omnis.  
       Tempore non alio, scripserunt plura Poëtæ,  
       Carmina lugubri, tristissima carmina versu,  
       Mœsta quibus rapti deflerent funera Regis,  
       Unum terque decem Solymæ regnavit in annos.  
 2. Par. 38, XVII. JOACHIDES sequitur, Josam cognomine Sallum,  
 I. 2. 35. Quem quondam peperit Regnô, Libnæus Hamutal,  
 1. Reg. 23, Impius & nemorum cultor, Belique nefandi  
 34. Sectator, temerè spernens pia Numinia Divum.  
 2. Reg. 23, Hunc contrà DEUS immisit Regem Necaonem  
 29. Aegypti, quem constrictum deduxit in ora  
 2. Par. 35, Memphis, & sævâ paulò post morte peremit,  
 10. Imposito grandi censu Solymæque tribu,br/>o  
       Mensibus Imperium tenuit Judæ tribus atrox.  
 I. Reg. 24, 1. XIIIX. JOJAKIM fratrem, Regno præfecit ihudæ,  
 2. 3. 4. Aegypti Ductor, falsos adire Prophetas,  
 Jer. 22, 19. Devia sectari, populumque avertere verô  
       Cultu, nam credens simulachris atque sacellis,  
       Nomen adoravit Beli, Numenque Molochi,  
 Jer. 36, 23. Atque furens animi, recitata volumina Legis  
 C. 39, 18. Divinæ, igne voravit, Jeremiamque Prophetam  
       Persequitur, fugientem Collegam, trahit armis,  
       Memphis ex oris Uriam, & morte nefandâ  
       Interimit, fidens Pharaonis fortibus hastis,  
       Abnegat Assyriis redditus, portoria Regni.  
 2. Reg. 24, 1. Hinc Babylonius illustris, concurrevit ad arma,  
 2. 3. 4. Extendens latè crudelia brachia cædis,  
       Et captum Regem, Solymâ deduxit ad Urbe,  
       Inque patentî arvo jugulavit, morte cruentâ.

XIX. Imp.



XIX. Impius hunc sequitur, gnatus Patris JECHONIAS, 2. Reg. 24;  
Omnia Nabathidæ similis, similisquè Parenti,  
Qui non tres menses, compleverat armiger omnes,  
Jeremiæ Vatis, detrectans vocibus aures,  
Se dedit Assyriæ genti, cum Patre Monarchæ,

8. 12. 13. 14.  
2. Par. 36.  
9. 10. 11.

Et deportatus BabyloneM, ad carceris antra,  
Cum genitrice charâ, Judæ populôquè malignô,  
Tbesauris Templi adjectis, prædivite cornu.

2. Par. 36.  
2. Reg. 25.  
27. 28. 29.  
Jer. 52, 31.

Triginta septem, tetris carceribus annos,  
Constrictus sævis, ac vincitus colla catenis,  
Detentus; vinclis duris liberatur ab hoste,  
Mandato Regis Babylonis, carcere tetro,  
Ut tanquam Regi clari tribuantur honores,  
Imperium tribus in Judâ vix mensibus ornat.

XX. Nomine mutato, SEDECHIAS ultimus infit,  
Josiâ genitus, non faustô sidere natus,  
Aras, & nemorum statuas, devotus adorans,  
Contemptor Vatum, Sapientum jussa retundit,  
Maximè in Helciadem furiis bacchatus & irâ,  
Actotas, falsis impendens Vatibus, aures.

2. Reg. 25.  
6. 7.  
2. Par. 36.  
11. 12.

Annua dum ruptô servanda fœdera pacis,  
Ac juramenti, violata pondere lege,  
Assyrio renuit solvenda tributa Monarchæ;  
Hic Fidei tetro violatae criminè, Regnô  
Attulit exitium, gentemquè invovit acerbis  
Servitiis, & damna sibi lethalia adornat.

2. Reg. 24.  
25.

Nam populum Assyriis fugientem pulvere bellî  
Dum indagat, laqueis binis intexuit hostis,  
Ante oculos teneram, miserando vulnere prolem  
Contrucidat, vigiles Regis subfronte ministros  
Excutiunt, caveæ includunt & mox Babylonem  
Abducunt: Urbem Solymam, teatrago, Sacrata,  
Cuncta fovent flammis, & tristibus ignibus urunt,  
Pessum dant, sternunt, subvertunt, mœnia firma,  
Et populum mœstum devictum, sub juga mittunt,  
Ac finem tragicum Solymæ, Regnoquè Jehudæ,  
Imponunt. MONITI MORTALES DISCITE CUNCTI,  
DUCERE NUNC VITAM SANCTAM, NON SPERNERE

2. Reg. 25, 5.  
6. 7. 8.  
Psal. 37, 1.

2. Reg. 25, 9.  
10. 11.

JOVAM,  
Qui mare, qui terras, qui Cœlum Numine complet,  
Qui Phœbô radios dedit, & qui cornua Lunæ,  
Quis super Astriferi, tabulata nitentia Templi,  
Gymnasiarcha sedet, qui nutu cuncta gubernat,  
Et fera terribili jaculatur Fulmina Dextrâ!

F

RE.

# REGES ISRAELIS XIX.

POST SALOMONEM,

SEU

## IN REGNO SAMARIAE,

DECEM TRIBUS DIVISIS,

GAD, RUBEN, EPHRAIM, MANASSE, SIMEONIS,  
ZABULONIS, ISASHAR, ASSER, DAN  
& NEPHTALI,

REGNANTES.

1. Hieroboam,

2.

3.

Nabath percussus cæde Baasæ,

4.

5.

6.

Ella satus, Zambri, superum contemptor & Amri,

7.

8.

9.

10.

Achab, Ochosias, Joramque, Jehuque, sequuntur,

11.

12.

13.

Jochasiasque Joas, post Hieroboamus in hostes

14.

15.

16.

Atrox, Zacharias, Sellum, Tarsaque Menabem

17.

18.

19.

Phaceias, Pekach, tandem succedit Hoseas.

## ENODATIO.

I. Dum SALOMON sapiens, veneratur templo Molochi,  
Scinditur Imperium, malefactis artibus amplum,  
Hieroboamque decem Tribus amplis, præficitur Rex  
Impius, in Dan & Bethel, qui Numinis fusa  
Erexit vitulorum, lucos, signa Deorum  
Conflavit, Mystas, super Sacraria cultus  
Constituit, superans, omnes totò Orbe Tyrannos,  
Et mentem priscis avertit cultibus æquam,  
Impiaque æterno convertit terga Parenti,  
Ac totas secum seduxit in avia mentes.

Fatidicum Vatem spernens, mandata loquentem  
Divina, Et stolido cultu Regem revocantem,  
Prendere nitentem, manus ipsi exaruit ultrò.

Interea mutuas inter discordia gentes,  
1. Reg. 13. 13. Isacidum exoritur, concurrunt undique totis  
15. 16. 17. Viribus oppositi, sevus furor arma ministrat,  
2. Par. 13. 17. Telorum effossus glomeratur in aëre nymbus,

Mit.

*Millia quingenta Hieroboami, viribus arctis,  
Judæ strata manu, fortis domus ipsa ruinam  
Assumit, genitrix, gnatus truce morte perempti,  
A cleo discerpsit Regem scelerata ferentem  
Imperia: & planctus Sichem penetravit ad auras,  
Annos bis denosque duos, regnavit in Orbe.*

*1. Reg. 14<sup>o</sup>*

*20.*

*II. Huic NABATHnatus Tirsæ, succedit in Urbe,  
Hierobeæ Patri similis, lucosque colebat,  
Impius ac positas fundavit vitibus aras:  
Et populum peccare fecit, peccata Parentis  
Peccatis cumulans, percussus cede Baasæ  
Horribili, cuin totâ posteritate nefandâ,  
Præfuit hic populo, geminò non amplius anno.*

*III. Tùmque BAASA subit Regnum, de pulvere surgens,  
Rex infelix, injustus, sævusque cruentus,  
Insidiis Nabath factô per castra tumultu  
Sustulit, & Regni rapuit successor habenas,  
Delevitque comam sævi radicitus omnem  
Nabathidae, implevitque Abiæ præsagia Vatis,  
Et populum peccare fecit, Dominumquè Polorum  
Offendit, justos faciens contemnere ritus,  
Imperiumque annos possedit bis duodenos.*

*IV. Ella satus, diadema gerens, vestigia Patris  
Presit, & indomitô perfusus tempora Baccho,  
A Zambri servò Tarsæ jugulatur iniquè,  
Cui nec progenies, nec mingens ad parietem  
Omissus: juxta prædictum Cuncti potentis,  
Is populum rexit gemino non amplius anno.*

*V. Hunc ZAMBRI sequitur, turmæ Præfectus equestris,  
Qui in Dominum servus, sua tela rebellia sumsit,  
Et Regem letho crudeli sustulit Ellam.  
Hic videns Tarsam cinctam obsidionibus Urbem,  
Nec se posse fugâ certam repire salutem,  
Interiora petit, sine mente, Palatia Regis,  
Incenditq; domum, flammis, fæsq; cruentis  
Ignibus exanimat, cum totâ posteritate,  
Imperium tenuit septem Rex ille dierum.*

*VI. Post AMRI, Thebni socios certamine vincens,  
Rex declaratus votis communibus Urbe,  
Qui cum regnasset Tarsæ sex faustus in annos,  
Samariæ juga montis emit præcelsa, talentis  
Binis, ædificans munitam turribus Urbem,  
Imperiū sedem, quem postea devius error*

*1. Reg. 14,*

*20. 21.*

*2. Par. 12, 13*

*1. Reg. 16, 8.*

*2. Par. 16, 12*

*1. Reg. 16, 9.*

*2. Reg. 12, 31.*

*2. Par. 8, 26*

*1. Reg. 16, 18.*

*19. 20.*

*1. Reg. 16, 22*

*23. 24.*

*2. Par. 8, 26.*

Abstulit, insano sacrando Fana Baali,  
Sed cùm Samariam tenuit sex perfidus annos,  
Mentem orco, nomen probrò detit, ossa sepulchrò.

2. Reg. 16, 29

33. 34.

cap. 22, 41.

2. Reg. 1, 2, 9.

iv.

VII. Antè alias omnes surgit maledictus ACHABUS,  
Mancipium Satanae, Divini Numinis hostis,  
Uxor Isobel Sidonia facta sequutus,  
Impia conficti, conflavit Numinis Beli,  
Samaria in mediâ votivamq; addidit aram,  
Collibus in altis, lucos construxit opacos,  
Delirus truncos, veneratur poplite flexo,  
Abductò populò, de cultu Numinis Almi.

1. Reg. 18,

29, 30,

Hisque Sacerdotes turpes, falsosque Prophetas,  
Innumeròs statuit, præcepit thura cremare,  
Et Natos resecare suos, sua pignora flammis  
Combuti tremulis, devotâ mente Molocho.

Ense, rotâ, pontô, Divinos indè Prophetas,  
Gestantes ævi præcordia sagâ futuri,  
Sedibus è Patriis tolli, vel carcere tetrô,  
Funibus oblongis vincitos, torquere per horas.

Ut Vates fugiens Thesbites, ad loca tutâ,  
Cum lachrymis queruletur, se solum esse relictum:  
Sed tamen ipse DEUS, sibi septem millia servat,  
Verorum cultorum, quos tegit atquè gubernat.

Hic quoque Vati dicè prædixit mortis alumnam,

2. Reg. 17, 1.

2. 3.

Et Cœlum conclusum tres annos, pluviæ, ros,  
Nullæ, desierunt amnes, siccusque perussit,  
Herbarum species ardor, ferventibus agris,  
Expectata seges, vanis exarssit aristis,  
Et limosa palus, subduxit pascua juncò,  
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

1. Reg. 17, 6.

7. 8.

Indè minas fugiens Isabellis, sedit in antris,  
Quem mandante DEO, corvi pavere ministri,  
Carnibus & Cereali, humanis esibus aptis.

Post ductore DEO, Thesbites usque Sareptam  
Descendit, Vidueq; alimentis tempore longò

1. Reg. 17, 17

Sustentatur, cui nec adorea, paucaq; pallas

18. 19. 20.

Defecit; Natum dilectum, morte peremptum,

Ad vitam revocavit, Matri restituitquè.

1. Reg. 18,

45.

1. Reg. 18,

40.

1. Reg. 19, I.

2. 3. 4.

Supplicibus precibus, Cœlum clausum reseravit,

Morte cruentâ ausus mulcetare Baalis Alumnos,

Ignivomis flammis, delapsis Sede Tonantis:

Hinc rapitur rabidis furiarum percita telis,

Turpis anus, fucos pingens Isabela semiles.

Heu

Heu quibus insidiis, quâ vult circumdarē Vatem  
Divinum arte? doloque scelestō, tollere vitā?  
**Hinc timor, hincque tremor magnus, Thesbites ELIAS,**  
Avia concursu sequitur, notā Regione  
Excedit, petit ut finem faciat DEus ipse,  
Vitæ ær umnosæ, donec sopor occupat artūs.

Sidereā missus, Thesbiti nuncius arce,  
Suppositum cineri panem fert, excitat altō  
Somnō, præscribit bis ut comedat, spatiōsum  
Gallem instare sibi, ad colles florentis Horebi:  
Noctes atque dies, decies quater adnumerandos,  
Nil comedensque bibens, colles absolvit opacos.

**BENHADAD** sævam, magnō discrimine cædem,  
Arma Syrus contrā, frendens suscepit, *Achabum*,  
Atrox certamen multò cum sanguine surgit,  
Plurima perque vias sternuntur corpora passim,  
*Occubuerunt Syri præstantes, millia centum*,  
Benhadad captus, dimissus, fœdera pangit.

Mox *Isabela dolis versutis, fraude malignâ*,  
Pampineos colles, & amictos palmite montes  
Eripuit: Nabothum, qui sine crimine vitam  
Deduxit, lapidum sepeliri mole coëgit.

Fœdera jam tandem firmatæ pacis, *Achabus*  
Rumpit, & armæ cruenta capit, consortia jungit,  
Cum Solymæ sceptris, concurrunt undique totis  
Viribus, & Syrios contrā certamina belli  
*Infausti miscent, mox glande peremptus Achabus*,  
*Impius occubit, Numen Cœlestē perosus*:  
Samariam vectus, tumulo post contumulatur,  
Annos bis denosque duos regnavit in Urbe.

**VIII. OCHOSIAS** sequitur, nequam, Patris impius hæres, 1. Reg. 22. 41  
Omnia Nabathidæ similis, mentemq; fidemq;  
Hic tectō delapsus ab altō, vulnere fœdō  
Acceptō, celeres servos amandat ad aras  
Nabathidūm, inquirant saniem, cordisque salutem.

Quem veniens *Vates Thesbites, nunciat ultrō*  
*Quod spreverit Superos, Superorum sancta statuta*,  
*Cessurum Regem Fatis, nec vivere vitam*.

Iratus servos misit Rex, ad capiendum  
**ELIAM**, quos Cœlitūs ignis, præpete cursu,  
Ignivomis flammis combusit, perdidit omnes,  
Facta Dél Summi populis manifesta revelans.

Postea Thesbites *Vates, pietate coruscus*,

1. Reg. 19. 5.  
6. 7. 8.

1. Reg. 20. 1.  
2. 3.

1. Reg. 20,  
29. 30. 31.

1. Reg. 21,  
7. 8. 9.

1. Reg. 22. 1.  
2. 3. 4.

1. Reg. "22,  
34. 35.

2. Reg. I. 4.  
5. 6. 9. 10. II.

2. Reg. 2. II.  
12. 13.  
Ignis

G

*Ignivomo vectus curru super æthera Cæli:*

*Ochosias turgens, mala bestia, venret inanis,*

*Sangvinis & sitiens, stygias tranvectus ad undas,*

*Annis Samariæ Regnum tenuitque duobus,*

*IX. JORAS Ochosia frater, regnavit in Urbe,*

*2. Reg. 3,17. Hoc unō melior sceleratus, natus Achabō,*

*18.*

*3. Pat. 23. Quod Beli grandes, subverterit igne Colosso;*

*24.*

*Alt vitulis in Dan & Bethel, vota sacrare*

*Mandavit, populo sancto, impiatbura libare.*

*Hicque Moabitæ, prostravit Marte rebelles,*

*2. Reg. 3,23. Cum teneros ovium fœtus referre negarent,*

*24. 25.*

*Amplius & pecoris nollent persolvere lanas,*

*Et socios fidos, violentus ad arma coëgit,*

*Dum cupidus pugnæ, sævos ascendit in hostes.*

*Jamq; fitimoriens, subitas trepidare per auras,*

*2. Reg. 3,17. Vedit aquas gelidis fossisq; replerier undis,*

*18.*

*Absq; sonō venti pluviarum motibus absque,*

*Quando preces sapiens Elisæus fundit ab ore,*

*Militiæque favens, animis spes addidit amplas.*

*Sed Joram fœdus, Vatis sectator iniquus,*

*Iratusque ferox, sceleratus, Numinæ ficta,*

*Dum veneratur iners, Divinos addit honores,*

*Consurgit Jehu, spiculò transverberat ipsum,*

*Præcipitare temô mandat, Isabellis in agrum:*

*3. Reg. 9,33. Et matrem Jesabel, quæ Vates sanguinolente*

*6,10,7,8.*

*Robore persequebatur, præcipitare fenestrâ,*

*Jussit quadrupedum pedibus calcare recurvis,*

*Mordacesq; canes corpus discerpere campis,*

*Funditus atq; Domum totam subvertere Regis.*

*Sic DEUS IRATUS, PUNIT PECCATA PARENTUM,*

*SUBVERTIT NATOS, cum totâ POSTERITATE.*

*X Tumque JEHÙ regnans, servos trucidare Baalis,*

*Imperat in Fanō, simulachra profana, coruscis*

*Exurit flammis, latrinam conficiendam*

*Præcipit è Delubrō: solennem mox vitulorum,*

*In Dan & Bethel cultum, sancivit, honorat.*

*Denique non fontes paulatim ladedere Cives,*

*Cœpit, & in Patrii græssari viscera, Cætūs:*

*Quō rerum magnō successu, inflatus in Urbe,*

*Impia bellagerit, contrà Regem Syriorum,*

*Terribilis sævam, nullō discrimine cædem*

*Suscitat, atque ciet, subito truce morte peremptus,*

*Samariam rexit gladiibus, septem quater annos.*

**XI. JOCH.**

- XI. JOCHASIAS** sequitur soboles, spes blanda Parentis, *2. Reg. 10, 35.*  
 Impius & demens, statuas, lucosque sequutus, *36.*  
 Nabathidæ similis, cultum, similisq; furorem, *2. Par. 23,*  
 Hunc *Hasaël Benhadad*, Regnantes tunc Syriorum, *24.*  
 Congressu sævô fundunt, & crimina pensant:  
*Samariam* tenuit septemque decemque per annos. *2. Reg. 13, 35.*
- XII.** Progenies formosa **JOAS**, sed turpibus actis  
*Fædavit vitam, Patrum vestigia sectans:* *2. Reg. 13, 10.*  
*Quem recto Isaidæ gentis, de tramite vita,* *II.*  
*Impia Nabathidæ flexit contagio Regis.* *2. Par. 23,*  
*Amasiam Regem Judæ certamine vicit,* *24.*  
*Et Syriæ Benhadad ter profligat, atque triumphat,*  
*Felix amplificat Regni monumenta per Orbem;*  
*Præfuit Imperio Princeps quater & quater annos,*  
*Samariæ corpus monumento contumulatur.* *2. Reg. 13, 13.*
- XIII. HIEROBOAM** scelus infandum, manifestè per Orbem,  
*Dum vitulos auri colit, & prostratus adorat,* *2 Reg. 13, 13.*  
*Amplificat delicta Patrum, cultusq; profanos,* *6, 14, 24, 26,*  
*Samariæ Regni metas protendit, & auget,* *27.*  
*Fatis concedit, tumulô tumulatur Avorum,*  
*Annis quadraginta unum regnavit in Urbe.*
- Temporibus istis, mutuos inter discoria Cives*  
*Nascitur, armis strepunt in viscera propria gentis,*  
*Non Reges aliqui populo, annos per duodenos,*  
*Nec fuerunt Regni Duætores, nec chiliarchæ,*  
*Tempora nec sub sex Ducibus meliora sequuta.*  
**OMNIA** nam nutrit **CONCORS CONCORDIA TERRIS;**  
**DISSIPAT** ast contrà, **DISCORDIA REGNA PER ORBEM.**
- XIV. ZACHARIAS** sangvis, terrestria Numinaquevens, *2. Reg. 15, 8.*  
*Incudit in casses, quos tenderat ipse ministris.* *9, 10, 11,*
- XV. Hunc** contrà **SELLUM** consurgens, enecat armis,  
*Et Regnum rapit astutus. Scelerata potestas,* *2. Reg. 15,*  
*Non longò duravit tempore: Sed citonata,* *13, 14,*  
*Exarit citò. Namque **MANAHEM**, Gade propago,*
- XVI. De Tharsâ SELLUM** percussit, sustulit omnes,  
*Natorum natos, prægnantes scidit & ense,* *2. Reg. 15,*  
*Sanguineo portus, rapiendo Regia sceptræ.* *15, 16, 17.*
- Hic quoque sestatu terrestria ficta Deorum*  
*Numina, nec gentem retraxit thura ferentem,*  
*Consurgens igitur, Princeps Phul Assyriorum,*  
*Pugnantes equitum turmas, peditumque catervas,*  
*Adduxit numerosas, & stetit agmine apertô.* *2. Reg. 18,*  
*Indè Mahanem contremuit Rex, mille talenta* *18, 19.*

JKT:176

Occursum veniens, de gazis accipit, offert,  
Horrendō exemplō priscorum, datque tributa,  
Samariæ imperium tenuit bis quinque per annos.

2.Reg.15,22

23.

XVII. PHACEIAS gnatus, similis Patri, vitulorum  
Et nemorum sequitur cultum, mandata Satorum,  
Præcipiens populo. Ductor consurgit in ipsum,

2.Reg.15,29


XVIII. PEKACH, Samariæ nationis Regia tecta  
Conscendit, socios omnes necat, atterit armis,  
Regnante: Regnum rapit astu, fraude gubernat,  
Impia sectatus majorum, semina cultūs  
Samariæ populum viginti rexit in annos,

2.Reg.15,30

Hic quoq; fraude perit. XIX. Tandem succedit HOSEAS,  
Filius Ellæ crudelis, reverenter habendo  
Crimina Primatum. Tunc Magnum Numen Olympi,  
Cujus ab obtutu, tellus commota tremescit,  
*Affyrium vulgus jaculatur, perfida facta*  
Vindicat, & Regem constrictum, carcere clausum  
Solvere vectigal compellit, dissipat Urbem,  
Israël populum durum, dederit *Hiam*  
*Affyriorum*, compensans malefacta Parentum.  
**DISCITE MORTALES MONITI, NON TEMNERE NUMEN,**  
**Quod mare, quod terras, quod Cœlum Lumine complet,**  
**Quod fera terribilijaculatur Fulmina Dextra!**

### Ad Lectorem Benevolum.

Nominum propriorum Hebræorum enodationem, (quæ præ manibus erat) propter injuriam temporis, defectum sumptuum, commodiori reservavi occasio. Errata verò, quæ irrepsero, sic corrigenda. In Præfat. versu 18. è Lyrā, pone, lyrā. Pag. 2. versu 3. Majestatis vox, studio est apposita, priore longa. Lit. D. facie 1. vers. 19. nocte que, dieg. lege, nocte dieque. Facie altera, vers. 22. pro pecora, lege peccora. Litera E, facie altera lin. 1. statuas multas erexit, transpone, statuas erexit multas. Facie 4. sub finem, deduxit ex Urbe, pone deduxit ab Urbe. Lit. F. facie 4. vers. 29. pro exarsit, pone exarsit. In fine pro semiles, pone seniles. Et alia plura.



### CORONIS.

S A N C T U S,

S A N C T U S, S A N C T U S,  
EST SANCTUS DOMINUS PATER, ET SANCTUS GENITORIS,

ÆTERNUS GNATUS, SANCTUS quoque SPIRITUS ALMUS,  
TRINUNUS DEUS est SANCTUS, VENERANDA POTESTAS,  
SOLUS ADORANDUS,  
PERDENS IDOLA COLENTE!

ULB Halle  
004 763 53X

3



VDR

MC

JKTT:



D. O. M. A.

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO,

D O M I N O

JOHANNI GEORGIO

IV.

DEI GRATIA DUCI

SAXONIÆ JULIACI CLIVIÆ AC MONTIUM  
UT ET ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ S. RO-

RII PRÆFECTO PRÆTORIO

ELECTORI

GIÆ MARCHIONI MISNIÆ ET UTRILUS-  
NON BURGGRAVIO MAGDEBURGENSI  
GNITATE HENNEBERGENSI MARCHÆ  
GI ET BARBY DYNASTÆ IN  
RAVENSTEIN

ANIMO FELICI PATRI PATRIÆ LIBER-  
TORI RELIGIONIS ORTHODOXÆ  
PROPAGATORI

E DESCRIPTIONEM  
REGNI JUDAICI


TIRUDIMINERVA ELABORATAM  
A ANIMI SUBJECTIONE  
FERT ET DEDICAT

PARSCHITIUS HUNGAR,  
ANTEA  
HEMNICIENSIS RECTOR  
NUNC  
LORIA DEI EXUL

ANNO  
RI A DEO VERO OMNIA FavSTA  
ENS ET EXORANS!

*Typis Christophori Mattbesii.*

1692



Farbkarte #13

